





198. I. N. I.
DISPUTATIO IVRIDICA

DE
PROXIMA
NETIS,

Quam
Adjuvante Ter Optimo Maximo
AUTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN ILLVSTRI HAC SALANA
PRÆSIDENTE

VIRO Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo
DN. ERNESTO FRIDERICO

SCHRÖTERO, J. V. D. Hæreditario in Wiffferstett/ Prof. Pandectarum Publ. celeberrimo, Consiliario Saxonico eminentissimo, Curia Provincialis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Assessore gravissimo, &c.

Dn. Patrono & Præceptore suo debito cultu & obsequio æviternum devenerando,

*Placida Eruditorum disquisitioni
submittit*

IOHANN DAVID CLÆPIVS,
ANHALTINVS, AVTOR,

Loco & tempore solito,

Ad diem Augusti.

JENÆ, Typis Iohannis Iacobi Bauhöfferi, Anno 1662.

INSTITUTIONES JURIDICAE

P R O X I M E

INSTITIS

Adjuvante E. Opinio Maximo

INSTITUTIONES JURIDICAE

JOHANNES FRIDERICO

JOHANNES FRIDERICO

JOHANNES FRIDERICO

JOHANNES FRIDERICO

JOHANNES DAVID CLAVIUS

ANNALENSIS, AVTOR

Loco & tempore solito

Ab anno Augusti

1717, typis Johannis Jacobi Bannöcher, Anno 1717





I. N. D. N. I. C.

DISPUTATIONIS IVRIDICÆ
DE
PROXENETIS
PRÆFAMEN.



Vm vix nulla repe-
riatur culta republ. aut provincia,
quæ ipsi sibi sufficiat, alteriusq; non
egeat subsidio, juxta illud Poëtæ:
*Hic segetes, illuc veniunt felicius uva,
India mittit ebur, molles sua thura Sa-
bai.*

quis non videt, quanta sit commerciorum & negotia-
tionum necessitas atque utilitas? quippe per quas in
rempubl. importantur, quibus illa eget, & quibus ab-
undat, exportantur *l. 2. ff. de Nundinis.* ita ut verè di-
xerit de Mercatoribus & Negotiatoribus *Petr. Gregor.*
Tholof. lib. 4. de Republ. cap. 7. eos esse in reipubl. cor-
pore veluti ministros, bajulos, pedes, qui transferunt
reliquis necessaria, & *Herman. Lather. de Censib. libr. 3.*
cap. 12. num. 34. Mundum carere mercaturâ, imò ne
vivere quidem sine mercatoribus posse: Hinc Cicero
pro L. Manil. mercatorum ordinem præ cæteris favo-
re dignum esse prædicat. Et hujus ordinis post doctos
virosque militares primum sibi vindicantis locum, ut
loquitur *Schönborn. libr. 2. polit. cap. 6.* favor singularis
me etiam in præsens movit, ut pauca quædam de PRO-
XENETIS, utpote Mercatorum ministris, quorumque o-

perâ carere non minus possunt mercatores, quam mercatoribus respubl. pro ingenii viribus & materiæ qualitate in formâ Disputationis proponam. Ut autem justo hoc fiat ordine, sequentes Disputationis hujus constituam sectiones. I. Proxenetarum Etymologiam, Synonimiam, Definitionem & eorum Divisionem exhibebit. II. Illorum originem, Subjectum & Objectum exponet. III. De formâ eorundem & fir. e ager. IV. Officii Proxenetici effectum demonstrabit, & denique V. Quando & quomodo hoc officium finiat, ventilabit. Cui labori nostro, ut DEUS TER OPTIMUS MAXIMUS secundum cœlestem gratiam ex alto benedicat, intimis votis & suspiriis contendimus per JESUM CHRISTUM FILIUM DEI VNIGENITUM, Amen.

SECTIO I.

De Etymologiâ, Synonimiâ,

Definitione & Divisione Proxenetarum.

SVMMARIA.

1. In omni legitimo tractatu tur?
*quæstio prima de nomine 15. usque 19. varia eorum ac-
 instituitur. ceptio in jure.*
 2. Magnum à vocabulis pen- 19. Definitur Proxenetæ.
det argumentum. 20. Qui differant à Proxene-
 3. Proxenetæ unde dicatur? *tis. usque n. 26.*
 4. Ejus Notatio est Græca. 26. Proxenetarum divisio ra-
*5. Usque 14. varia Proxenetæ-
 rum Synonima. 27. Eorum divisio ratione ob-*
 14. Germanis quomodo dicantur? *jecti, &c.*
- I. **C**VM in omni legitimo tractatu verborum prior, potior rerum & posterior debeat esse quæstio, secund. *Platon. in Cratyl. & l. Labeo. 7. §. ult. ff. de supp. leg.*
 èrc

è re instituti nostri erit, in ipso statim Disputationis no-
stræ ingressu antequam ad medullum & penitiora Pro-
xenetarum descendamus, prius de nomine ipso cogno-
scere ejusque cunabula paucis evolvere, *arg. l. 1. ff. de*
l. & l. Præsertim cum maxima à vocabulis vis atque 2
argumentum pendeat, *l. 2. §. 3. ff. de reb. cred.* imò verbi
veritatem etymologia notificet, & ut eleganter apud
Epictetum Socrates: Principium eruditionis sit intel-
ligentia verborum. Deducitur igitur vocabulum Pro- 3
xenetæ à græco verbo *προξενέω*, quod Latinis dicitur
Concilio, sive Conciliatorem contractuum ago. *VVe-*
senb. w. ff. de Proxen. n. 2. Zoesius ad ff. d. t. Strach. tr. de
Proxen. part. 1. n. 3. Græca ergò cum sit thematis no- 4
stri notatio, ejus plura apud Latinos leguntur Synoni-
ma. Nam *l. 3. ff. de Proxen.* dicuntur Proxenetæ INTER- 5
PRETES, ex eo, quod contrahentium voluntates ex fide
explorent & interpretentur, vel quod interpretis ope-
ram præstent linguarum ignaris, *l. 1. §. ult. ff. de V. O.*
Vocantur CONCILIATORES, *l. ult. C. de Spons. ex eo,* 6
quod contrahentium animos concilient, MEDIATO- 7
RES *Nov. 90. cap. 8. Nov. 123. cap. 2. §. 1. & cap. 16. cap. 1. de*
testib. in 6. cap. 8. caus. 1. quest. 1. Sic *Cujac. lib. 11. obser. 18.*
scribit: Græcè Proxenetæ dicuntur, quorum scil. be-
neficio & interventione inter duos negotia contra-
hantur, vel nomina, vel nuptiæ, vel amicitia. MEDII 8
MINISTRI, *Nov. 134. cap. 10. pr. l. 15. §. 2. ff. ad Municip. l. 1.*
§. 13. in fin. ff. ad S. Cr. Turpill. INTERNUNCI, *l. fin. ff. de Spon-* 9
sal. Plaut. in Amph. Seu per scriptas literas, sive qui ipse
ambillet sibi, sive per Internuncium. INTERCESSORES IO
apud *Senec. Epist. 120.* Æs alienum facias oportet, sed
nolo per intercessorem mutueris: Nolo Proxenetæ
nomen tuum jactent. PARARI *apud eund. libr. 3. de* II

Benefic. quidam volunt nomina secum fieri, nec inter-
poni pararios, nec signatores advocari, nec chirogra-
12 phum dare. INTERVENTORES, *cap. fin. c. 1. q. 3.* Et hos
13 Proxenetæ etiam AUSPICES dictos fuisse putat *Hor-*
man. cap. 2. de vet. rit. nupt. Cum enim, inquit, Auspi-
ces adeundi mos desisset, qui auspicia peterent, hi Pro-
xenetæ veteris consuetudinis vestigia ipso nomine u-
surparunt, quemadmodum colligere licet ex *Valer. lib.*
2. cap. 1. Vnde scribit *Cicero pro Cluente.*: Nubit Genero
Socrus, nullis auspiciis, nullis autoribus. *Et Lucan.*
de Nuptiis Catonis & Martiæ:

Junguntur taciti, contentique auspice Bruto.
Quod etiam confirmat Tacitus de Messalinâ scribens:
14 Illam Auspicum audiisse verba. Germanis dicuntur
Fürkäufer/Simpler/Unterhändler/Mäkler. Vnde
Zeiller. Itin. Germ. pag. 373. Die Stadt Meckelburg heist
so viel als eine Handels-Stadt / weiln in den Seestäd-
ten das Wort Meckeln so viel heist als einen Unterkäufer
15 fer oder Proxenetam abgeben. Antequam autem ad
Proxenetarum definitionem descendamus, variam eo-
rum acceptionem in jure nostro paucis attingemus.
Sumitur verò vocabulum Proxenetæ tripliciter potis-
16 simum (1) LATE, ut & Arbitratores comprehendat,
Bald. in l. 2. cons. 50. v. 1. Calvin. in Lexic. voc. Arbitr. I-
tem Procuratores, *l. 19. pr. ff. de Instit. ad l. 10. §. 5. ff. Man-*
dati, ut & Amicos, quos Proxenetæ interdum designa-
re docet, *l. 10. §. 7. ff. Mandati. l. 21. ff. de usuris.* Item
sub nomine *Licitatoris* Proxenetam denotat *Cicero*
lib. 3. offic. Tollendum, inquit, ex contrahendis rebus o-
mne mendacium, non *Licitatorem* venditor, nec qui
contra se liceatur, emtor apponet. (2) Vocabulum
17 Proxenetæ sumitur STRICTE, quatenus nimirum Pro-
xenetæ

Proxenetæ ab omnibus hisce distinguitur, & pro eo
qui vero & propriè sic dicto Proxenetæ officio fungi-
tur, accipitur. vid. infra *Seçt. III. n. 6.* Et tandem (3)
STRICTISSIME, quatenus illum denotat, qui authorita- 18
te Magistratus constitutus circa mercatorum tantum
negotia operam suam interponere solet, prout Anco-
næ lege municipali cautum, ut certæ conditionis tan-
tum hominibus & præfinito quodam numero certa-
que formâ Proxenetarum officium exercere sit lici-
tum, testatur *Strachæ d. tr. part. 2. n. 9.* His itaque in 19
anteceßum datis, definimus Proxenetam cum *Domi-
nic. Cardin. Tusch. præf. Conclus. Iur. concl. 954. n. 2. Iust.
Mejer. Coll. Argent. ff. h. t. n. 4. & Strachæ d. tract. part. 1.
n. 2.* quod sit Mediator in licitis negotiis conciliandis
cum vel sine honorario ministerium quale quale ac-
commodans, & operulâ istâ defungens. Generis loco
ponitur Mediator, vocabulum, uti ambitu suo omnes
eos, quorum ministerio & operâ homines in tractan-
dis & perficiendis negotiis quibuscunque uti solent,
complectens, ita ad subjecti nostri naturam explican-
dam satis, ut puto, congruum. Ulteriore definitio-
nis explicationem ipsi tractationi reservamus. Diffe- 20
runt à Proxenetis PROCURATORES, ARBITRATORES,
NEGOTIORUM GESTORES, SUFFRAGATORES, INSTITO-
RES. Hi omnes enim, licet magnam cum Proxenetis
affinitatem habere videantur, singulorum tamen o-
mnium naturâ penitus inspectâ longè ab invicem
differunt. PROCURATORES enim quod attinet, diffe- 21
runt illi à Proxenetis (1) RATIONE FORMÆ: Manda-
tum siquidem, cum originem ex officio & amicitia
trahat, semper debet esse gratuitum, *l. 1. §. ult. ff. Mandati.*
Proxenetarum autem officium semper gratuitum non
est,

est, ut ex definitione supra n. 19. traditâ apparet (2) Differentiunt RATIONE EFFECTUS: Procuratores enim mandati iudicio damnati etiam absque doli mentione notantur infamiâ, *l. 1. l. 6. §. 5. ff. de his, qui not. infam.* non item Proxenetæ, nisi de dolo condemnati, *l. 2. ff. de Proxenet.* & (3) etiam RATIONE FINIS PROCURATORES à Proxenetis distinguuntur: Proxenetæ quippe ministerium plerumque & operam suam eo ex fine & intentione alicujus negotiis accommodat, ut lucrum aliquod & commodum exinde capiat; Procurator verò spontè semper, gratis & studio promovendi amica negotia in se suscipit, *l. 1. §. ult. ff. Mandati.*

22 Inter Arbitratorem & Proxenetam non levis intercedit differentia, & apparet illa præsertim (1) IN CONSTITUTIONE: Arbitrator enim, qui Germanis dicitur, *Unterhändler / Vergleichsman / Scheidsman / ic.* *Besold. disp. de process. Iudic. cap. 3.* semper utrâque parte consentiente eligitur, *l. 3. §. 1. ff. de recept. qui arb. recep. l. 44. eod.* Non autem Proxenetæ, qui ab una etiam parte, & quidem sæpius constituitur. (2) IN OFFICII ADMINISTRATIONE: Arbitratoris siquidem officium est, ut post receptum arbitrium tanquam mediator in contractu mercedem vel pretium ex æquo & bono definiendo lites amicabiliter componat, & ita partes ad concordiam redigat, *daßer die Partheyen gütlich vergleiche,* *Besold. d. l. Nobiliss. & Consultiss. Dn. Struv. Antecessor in nostrâ Salanâ longè famigeratissimus, Præceptor & Patronus debito observantia cultu prosequendus in Syntagm. Jurispr. Exerc. VIII. th. 96.* Proxenetæ verò nihil definit, sed partium tantum voluntates inquirit, officiumque ejus non in concludendo, sed tractando solum consistit, prout habet *Colleg. Argens. tit. ff. de Pro-*

Proxen. th. 10. Et cum (3) ab Arbitratoris sententiâ seu arbitrio admittatur reductio ad boni viri arbitrium, i. e. potest læsus petere, ut sententia arbitratoris ad æquitatem reducat, *Magnif. Dn. Carpzov. Jurispr. for. part. 1. Constit. 1. defin. 13. Nobiliss. Dn. Struv. Syntagm. Jurispr. Exerc. VIII. th. 96. in fin. Besold. de process. Judic. cap. 2. lit. (oo) in fin.* Proxenetarum autem conventionibus par tium voluntate initis, si nihil fraudis & doli intercesserit, necessariò sit standum, uti docet *Colleg. Argent. d. l. th. 18. n. 2.* insignem Arbitratorum & Proxenetarum differentiam exinde etiam quis non perspicit? **NEGOTIORUM GESTOR** est, qui negotia absentis atque ²³ ignorantis in se gerenda suscipit absque mandato, §. 1. *Inst. de oblig. qua quasi ex delict. nasc.* Ex hâc definitione statim differentia inter Negotiorum Gestorem & Proxenetam se ipsam exerit: Proxenetam siquidem nunquam absque mandato, nedum scientiâ Domini ministerium negotio alicui accommodat, quod tamen utrumque facere Negotiorum Gestorem ex ejus definitione aperte liquet. Deinde Negotiorum Gestor, non uti Proxenetam de dolo tantum, sed etiam, quoniam culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti, *l. 36. ff. de R. l. tenetur de culpâ levissimâ, Nobiliss. Dn. Struv. Syntagm. Jurispr. Exerc. VII. th. 50.* Imò interdum etiam casum, veluti si novum negotium, quod non sit solitus absens facere, ejus nomine gesserit, præstare tenetur, *l. ii. ff. de Negot. gest.* Differt etiam à Proxenetâ **SUFFRA-24** GATOR, & quidem in eo, quod non conciliet contractantes uti Proxenetam, sed suo tantum suffragio juvet clientes apud Principem, *l. 1. C. de suffrag. Perez. in Cod. eod.* nec etiam prout Proxenetam pretium expectare possit, nisi qui suffragium postulaverit, ad id sponsione se

B

con-

25 constrinxerit. Et denique à Proxenetâ differt INSTI-
TOR, qui vulgò dicitur, Factor / Mahmentrager / Was-
dendiener / item : Buchhalter / Besold. thes. pract. voc. Fa-
ctor. Est autem hic, qui tabernæ, vel alii cuilibet nego-
tiationi quæstuarîæ ad emendum vendendumve est
præpositus, vid. *Nobiliss. Dn. Struv. Syntagm. Jurispr.*
Exerc. XX. thes. 32. Perez. in Cod. de Instit. act. n. 3. Hinc
Proxenetâ, qui non negotiationi, sed certo tantum
negotio præponitur, Institor dici nequit, arg. l. 16. in f.
l. 19. pr. ff. l. 5. C. de Instit. act. l. 10. §. 5. ff. Mandati. Deinde
etiam actio ex contractu, quæ adversus ipsum INSTI-
TOREM intentari potest, l. 7. §. 11. ff. ad SCtum Maced. &
l. 1. §. 7. ff. de exerc. act. Perez. in Cod. de Instit. act. num. 12.
adversus Proxenetam non datur, l. 2. ff. de Proxenetâ.
Strach. d. tr. part. 3. n. 1. & seqq. Dividuntur Proxene-
26 tæ I. RATIONE FORMÆ, & quidem dupliciter, (1) In
eos, qui salariam, seu Proxeneticum accipiunt, & eos,
qui sine salario ministerio suo defunguntur *Dominic.*
Card. Tusch. pract. Concl. Jur. concl. 954. n. 1. Iust. Meier. Col-
leg. Argent. d. l. th. 5. (2) In eos, qui à Magistratu appro-
bati, & albo inserti, juramentum, se ex fide Proxenetæ
officium gesturos, præstiterunt. *Benevenut. Strach. præ-*
alleg. loc. Et in eos, qui absque certâ formâ, nec etiam
autoritate Magistratus constituti sunt, sed spontè hoc
officium in se susceperunt, quales in Argentoratensi-
um Republ. inveniri testatur, *Meier. Colleg. Argent. d.*
27 *l. §. 5.* Dividuntur Proxenetæ II. RATIONE OBJECTI:
Quidam enim in negotiis mercaturam solùm concer-
nentibus; quidam verò in aliis etiam mercaturam
non spectantibus negotiis interveniunt, l. 3. ff. de Prox-
netâ. & l. 6. C. eod.

SECTIO

SECTIO II. De Proxenetarum Origine,

Subjecto, & Objecto.

SVMMARIA.

1. Origo Proxenetarum est à Jure Gentium. 1. norum administratio interdita est?
2. Usus eorum antiquissimis temporibus fuit utilis. 11. Proxenetarum objectum quodnam sit?
3. Causa Proxenetarum propinqua. 12. An in stipulatione possit intercedere proxeneta?
4. Causa eorum proxima. 13. Nemo potest esse proxeneta rei turpis vel illicita.
5. Quid per Subjectum Proxenetarum intelligatur? 14. Non parricidii, nec Raptus.
6. Proxenetæ non possunt esse Nobiles. 15. Non adulterii & Stupri.
7. Questio de Nobilitate. 16. Non Sacerdotii.
8. Proxenetæ non possunt esse Milites. 17. Non Contractus usurarii.
9. Milites operis civilibus non sunt implicandi. 18. An Proxenetæ in Contractu usurario intercedens teneatur?
10. An Proxenetæ possint esse illi, quibus priorum bonorum 19. Quales subeant pœnas Contractuum usurariorum Proxenetæ?

Juris gentium ea cùm sint, quæ usu exigente & humanis necessitatibus gentes sibi constituerunt, §. 2. Inst. de I. N. G. & C. l. 9. ff. de I. & I. non immeritò commerciorum & mercaturæ, utpote rei non tantùm utilis & honestæ, sed etiam maximè necessariæ, Eodin. lib. 3. de repub. cap. 8. originem huic juri ascribimus vid. Nobiliss. Dn. Struv. Synt. Jurispr. Exerc. I. tb. 56. n. 2. & porrò, quoniam Proxenetarum operâ in tractandis commerciis

B 2

dif.

difficulter vel planè non carere possunt mercatores,
eorum proinde originem ex eodem quoque fonte de-
rivari non ambigimus; Cum insuper usum eorum an-
2 antiquissimis temporibus præsertim nubere cupientibus
utilem fuisse ex nuptiis Isaaci & Rebeccæ *Gen. 24.* cla-
rissimè constet, vid. *Cypræus de Sponsal. cap. 9. §. 4. num. 1.*
Barnab. Briffon. lib. sing. de rit. nupt. Human. de veter. ri-
tu nupt. cap. 2. quod tamen de causâ Proxenetarum re-
3 motâ intellectum volumus. Propinquam enim eorum
causam si spectemus, origo etiam eorum juri Civili
asseribi poterit, quatenus nimirum Proxenetis mo-
dus, quantum petere possint, constitutus est à jure Ci-
vili, & actio inde ipsis data, *l. 1. & 3. ff. de Proxen. & l. ult.*
4 *C. eod.* Proxima autem eorum causa est voluntas &
consensus vel utriusque partis, vel alterius tantum,
operam enim suam pro negotiorum diversitate vel u-
nius tantum vel utriusque partis consensu & mandato
5 interponere solent. Per SUBIECTUM Proxenetarum
intelligimus ipsum Proxenetam, i. est. omnes illos, qui
officio hoc defungi possunt. Et licet regulariter ne-
mini prohibitum esse hoc officio fungi legamus, &
proinde sit ex genere permissorum, pro personarum
tamen & negotiorum diversitate quosdam ab hoc mu-
6 nere arceri posse putamus. Et quidem I. NOBILES, &
aliæ in dignitate aliquâ constitutæ personæ, tum (1)
quod hoc officii genus sit sordidum, *l. 3. ff. de Proxen.* Il-
liberales enim & sordidi sunt quæstus mercenariorum
omnium, ait Cicero *lib. 3. offic.* quorum operæ, non quo-
rum artes emuntur: Est enim in illis ipsa merces au-
toramentum servitutis. Eum autem, qui sordidas ab-
jectasque artes exercet, indignum se nobilitate redde-
re, constat ex *l. 6. C. de Dignit. in 12.* in tantum, ut non
solum

solum artium sordidarum exercitiis obfuscetur nobi-
litas, sed planè tollatur. Atque eam ob causam Romæ
quæstus omnis Patribus indecorus est visus *Livius lib.*
21. Sed quæritur: Num filius à tali patre, qui sordidarum
artium exercitiis indignum se nobilitate reddidit, pro-
genitus, si nihil ipse egerit, quo privilegiis Nobilitatis
excideret, habendus sit pro Nobili? Quod Affirm: Ab-
surdum enim esset, à patre solo auferri filio, quod non
à solo patre filius habet, *l. 3. ff. de interd. & releg.* ratio
quippe & natura vult acquisitam semel nobilitatem in
posteris derivari. *l. 1. & 12. C. de dignit. in 12.* legem au-
tem naturæ & vim sanguinis nulla extinguit civilis ra-
tio, §. *ult. Inst. de legit. agnat. tut. l. 8. ff. de capit. minut.*
l. 8. ff. de R. l. quo intuitu etiam Marco Æmilio Scauro
nihil obfuit, quod pater ipsius paupertate coactus Car-
bonariam exercuisset: tum (2) quod Nobiles & in di-
gnitate constituti mercaturam exercere prohibean-
tur, *arg. l. 3. C. de commerc. & mercat. arg. l. ult. C. de re-
scind. vendit. l. 33. ff. de reb. cred. l. 46. & 62. ff. de contrah.*
emt. proptereaq; Proxenetarum officium sustinere vix
poterint; cum eadem, si non fortior circa officium
Proxenetarum, quæ mercatorum reddi possit prohibi-
tionis ratio. Hæc autem de officio Proxenetarum stri-
ctè sic dicto acceptum volumus, vid. *sect. 1. n. 17. & 18.*
In reliquis verò negotiis, quorum *l. 3. ff. de Proxenet.* fit
mentio, prædictas personas mediatores & conciliato-
res esse posse nulli dubitamus, cum illud neque sordi-
dum & sic talibus dignitatibus indignum, neque pro-
hibitum esse legatur. A Proxenetarum etiam officio §
arceri posse putamus II. MILITES ARMATA MILITIA
STIPENDIUM MERENTES. Qui enim fieri potest, ut ne-
gotientur milites simul & hostibus resistent, rationes
suas

suas simul & excubias agant? Quapropter Leo Imper.
sapienter prohibuit, milites alienarum rerum condu-
ctores, aut procuratores, aut fidejussores, aut manda-
tores fieri, *l. 31. & ult. C. de locato.* ne omisso armorum
usu in aliud opus se conferant, aut agrorum cultus, aut
custodiæ animalium, aut mercimoniorum quæstui in-
sudent, *l. 13. & l. 15. C. de re milit. l. 13. ff. eod.* in tantum,
ut & Judices & Viri Militares acerrimè puniantur, qui
contra interdictum milites quibuscunque negotiis di-
versivè aliis obsequiis deputare atque implicare ausi
fuerint, uti habet *l. 15. in fin. C. de re milit.* & ideò Post-
humium Consulem damnatum scribit Florus, quod o-
perâ militum in colendis agris suis fuisset usus. Neuti-
quam igitur functionibus & operis civilibus implican-
di, sed potius ad pristinos mores revocandi essent mi-
lites secundum monitum *Taciti lib. II. Annal.* Ne quis
à signis suis decedat, ne pugnam nisi jussus ineat, sed
diligenter stationes, vigilias, diurna nocturna que mu-
nia agitet. Sed uti omnia ferè in republ. inverti vide-
mus, ita & hâc in parte accidit, ut cum *Sidonio Appolli-
nari lib. I. Epist. 8.* miremur, dum ait: Vigilant fures, dor-
miunt Potestates, scenerantur Clerici, negotiatores
militant, milites negotiantur. Et his paucis perspexi-
mus, qui Proxenetarum officio defungi nec possint,
nec debeant: Reliqui verò omnes, tam viri, quàm fœ-
minæ (quæ PROXENETRIÆ, item PROMNESTIRÆ appel-
lantur *Strach. part. 1. n. 19. dict. tr. Besold. thesaur. pract.
vocab. Ruylerin* / item olim dictæ sunt PRONUBÆ, teste
Ovid. epist. 6.

Non ego sum furtim tibi cognita, Pronuba Juno
Adfuit.) - - -
hoc officii genere fungi minimè prohibentur. Sed
quæ-

quæritur hic: An ii, quibus priorum bonorum ad 10
ministratio interdicta est, quique suis ipsi rebus præesse
non possunt, ut sunt pupilli, prodigi & similes, possint
hoc officium Proxenetarum exercere. Quod Affirm.
Etiam si enim hi omnes contrahere sequel obligare
prohibeantur *l. 6. ff. de V. O. l. 1. §. 12. ff. de O. & A. l. 5. ff.
de R. J.* nec sine tutorum vel curatorum autoritate &
consensu quicquam alienare possint, §. *ult. Inst. quib.
alien. lic.* non tamen obstat, quo minus hoc officium
exercere possint, cum hic, nisi ex dolo nullo modo
obligentur. *l. 2. ff. de Proxenet.* neque quicquam de bo-
nis suis alienent, cum potius alios sibi obligent, con-
ditionemque suam meliorem reddant; Si vero impe-
rite forsan in negotiis versati fuerint, sibi imputent,
qui eos adhibuerunt, & si damnum acciderit, de se
querantur qui negligentibus & ignaris res suas com-
miserint §. *3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. ult. Inst.
de Societ. l. 1. §. 1. ff. si mens fals mod. dixer.* & cui libet cum
alio contrahenti incumbit, ut diligentius inquirat in
conditionem ejus, cum quo contrahit, *l. 19. ff. de R. J.*
adeo ut, si non fecerit, & damnum aliquod ex contra-
ctu senserit, illud nequidem sentire videatur, eò
quod sua culpa sentiat. *l. 203. eod.* Jam super est ad. 11
huc, ut secundum Sect. nostræ inscriptionem etiam
de Proxenetarum OBJECTO i. e. Materia, circa quam
Proxenetæ versantur, agamus; Et sunt illa omnes
Juris gentium contractus, uti Mutuum, Commoda-
datum, Emptio venditio, Locatio Conductio &c. *l. 3. ff.
de Proxenet. l. ult. C. eod.* & omnia negotia non turpia
tamen, sed honesta & licita: Hinc in conditionibus,
amicitiis conciliandis & interveniendis assessoribus u-
tilem præstant operam Proxenetæ *ad. 11.* Sed quæritur:
An

12 An in contractu merè civili, uti est stipulatio, interve-
nire possit Proxenetæ? Quod negatur. Cum enim (1)
Actus stipulationis expressè requirat, ut is, qui stipula-
tur, verba promittentis, & is, qui promittit, verba sti-
pulantis exaudiat, §. 7. *Instit. de inutil. stipul.* & (2) sti-
pulationes inventæ sint ad hoc, ut unusquisq; sibi acqui-
rat, quod sua non alius interest, l. 38. §. 17. ff. *de V. Obl.* Hic
autem neque stipulans neque promittens mutua exau-
diant verba, nec Proxenetæ unquam sibi, sed semper
principali suo acquirat, ejusque interesse primariò at-
tendere debeat, satis exinde patet, ad contractum sti-
pulationis non admitti posse Proxenetam. Et licet mul-
tæ obstant leges quibus probari possit, etiam alii, cujus
juri subjectus non sit, stipulari quem posse, adeò ut scri-
bat *Baldwin. ad §. 4. Instit. de inutil. stipul.* Regulam il-
lam tot habere variarum distinctionum anfractus, tot-
que retardari exceptionibus, ut melius fuerit, statuerè
in universum, ex bono & æquo licere alteri stipulari,
& *Sutbolt. dissert. 14. aph. 48.* hujus regulæ tantum non
infinitas esse exceptiones, non tamen movere nos pos-
sunt, ut à regulâ communi, quæ traditur in l. 38. §. 17. ff.
de V. O. & in sanâ ratione fundata est, recedamus: O-
mnes enim obstantes Leges, inter quas præcipuæ sunt
l. 45. ff. *solut. matrim.* & l. 7. C. *de pact. convent.* si peniti-
us inspiciantur, regulæ communi nihil derogant, cum
partim favorem dotis & affectionem liberorum, par-
tim alias causas favorabiles & privilegiatas respiciant.
13 *vid. Perez. in tit. C. de pact. convent. n. 6.* Minimè etiam
quis esse potest mediator & minister rei turpis vel illi-
citæ, sed potius leges & jura in talem & omnes ejus
complices æquè ac in ipsos delicti autores acriter in-
surgunt, *vid. Nobiliss. & Excellentiss. Dn. Schröter, Præce-
ptor*

ptor atque Patronus filiali cultu & obsequio prosequendus,
in Notis ad Sutholt, dissert. 15. aph. 65. Sic nemo etiam 14
potest esse mediator PARRICIDII l. 1. 2. 6. & 7. ff. ad L.
Pompej. de Parricid. vid. Wesenb. π. ff. ad h. tit. n. 8. & ibi
Bachov. NEC RAPTUS, l. un. §. poenas. 2. C. de rapt. virg.
add. Nov. Leon. 70. Perez. in Cod. tit. de rapt. virg. n. 1. in
tantum, ut si quis inter hæc ministeria servilis condi-
tionis fuerit comprehensus citra sexus discretionem
coneremari debeat, d. l. un. §. ult. ITEM NEC ADULTE- 15
RI VEL STUPRI, l. 2. ff. ad L. Jul. de adulter. Nov. 104. cap.
10. in pr. l. 37. §. 1. ff. de minor. l. 4. §. 2. ff. de his, qui not. in-
fam. Perez. in Cod. ad L. Jul. de adult. n. 13. Strach. part. 3.
n. 27. & seqq. dict. tract. Verùm cum hodiè principales
ipso delictorum autores in plerisq; regionibus & re-
bus publ. longè mitioribus, quàm justitia postulat, pœ-
nis affici, nec rarò pœnas aliàs capitales cum pecunia-
riis aliisvè mitioribus commutari videamus, de quo
anxiè conqueritur Clarus in §. adulter. n. 7. Malum es-
se, ob quod res publ. reformatione indigeat, scribens;
non mirum est, cum his etiam interventoribus & con-
ciliatoribus mitius agi, cum tamen exacervanda poti-
us essent eorum criminum supplicia, ad quæ multi
sunt proclives, & quoties nimium multis grassantibus
personis exemplo opus est, juxta l. 16. §. ult. ff. de pœnis.
Prætereà nemo proxeneta seu mediator potest esse 16
SACERDOTII: Si quid autem tale committatur, ipsi &
accipientes & mediatores eorum secundum sacras
Scripturas & sanctas regulas damnationi subjiciuntur,
& prætereà & qui dat, & qui accipit & mediator ejus
factus siquidem clericus sacerdotii aut cinguli hono-
re movetur: Si verò laicus fortè pro hâc causâ aliquid
accipiat, ut mediator factus, datas res ille induplum
C resti-

restituere tenetur Ecclesie vindicandas, *Nov. 123. cap. 2.*
§. 1. Gothofr. in Not. hic: Elegans sanè textus quoque est
de vituperatione hujus delicti in *l. 31. C. de Episc. & Cler.*
ibi: Nemo gradum sacerdotii pretii venalitate mer-
cetur, quantum quisque mereatur, non quantum dare
sufficiat, æstimetur. Profectò enim, quis locus tutus,
aut quæ causa poterit esse excusata, si veneranda Dei
templa pecuniis expugnentur; quem murum integri-
tatis aut vallum fidei providebimus, si auri sacra fames
in penetralia veneranda proserpat? Quid deniq; cau-
tum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta
corrumpatur? Cesset altaribus imminere profanus
ardor avaritiæ, & à sacris adytis repellatur piaculare
flagitium. Si verò quis, ut alterum eligeret, aliquid ac-
cepisse detegitur, ad instar publici criminis & læsæ ma-
jestatis accusatione propositâ, à gradu sacerdotii re-
trahatur. Nec hi solùm deinceps honore privantur,
sed perpetuæ quoq; infamiæ damnantur, ut eos, quos
par facinus coinquinat & æquat, utrosque similis pœ-
na comitetur. Quod idem & Jure Canon. sancitum le-
gitur *cap. 8. caus. 1. quest. 1. cap. fin. caus. 1. q. 3.* cum pro Simo-
niacis habeantur, qui in spiritualibus salarium vel pro-
missionem saltem alicujus utilitatis recipiunt, *cap. 1. de*
17 restib. in 6. Certissimi etiam juris est, Proxeneram in
CONTRACTU USURARIO intervenire non posse, ex eo
enim, quo juri naturali & Civili, Divino & Canonico
exosæ sunt usuræ, adeò ut & jure Canon. de hæresi su-
spectus declaretur, qui modò dixerit, licitum esse eas
exercere, sequitur, quod non tantùm usurarius ipse,
sed etiam, cujus ope & ministerio in contractu foene-
ratitio usus est puniatur. *vid. Wesenb. π. de usur. num. 6.*
Perez. ibid. num. 6. & seqq. ita enim agi solitum in de-
lictis

lictis gravioribus, ut propter atrocitatem eorum & delinquentium terrorem mediatores, ministri, imo & conscii criminis æquè ac ipsi autores puniantur, uti in crimine læsæ majestatis, parricidii, &c. videre licet. *add. num. 13. & 14. hujus Sect.* Et huc spectant variæ istæ constitutiones de contractibus usurariis in Comitibus Augustanis anno 1500. 1530. 1548. promulgatæ, quæ contractus usurarios penitus reprobant, adeoque supremis, mediis & infimis iudicibus seriò mandant, ne super ejusmodi contractibus judicent, neque executionem faciant. Sed quæritur: An Proxenetæ in contractu usurario interveniens ad restitutionem usurarum teneatur? Diversi juris Interpretes in diversas distrahuntur sententias, quas videre licet apud *Strach. d. tract. part. 3. n. 32. & seqq.* Nos Proxenetæ in solidum ad usurarum restitutionem teneri statuimus cum principalibus, eo tamen addito, ut uno solvente alius liberetur; exemplo nimirum ejus, qui furi opem præstitit: Nam & is, qui usuras exercet, furtum facere dicitur, *caus. 14. q. 4. cap. 10.* Sicut igitur opem furi præstans tenetur ad furti restitutionem in subsidium, uti probat Bartolus in *l. si servus. 4. ff. de condict. furt.* ita etiam proxenetæ in contractu usurario, si principalis non sit solvendo, tenebitur. Quam sententiam crebriorem esse multis autoritatibus probat *Strach. d. loc. n. 35.* cum enim crimen usurarum adeò invaluerit, ut institores, procuratores & proxenetæ quasi jure permitte se in contractibus fœneratiis intromittant, *cap. 3. de usuris*, ad avaritiam tam improborum hominum compescendam, & ut à temerariis ausibus, qui ubique nimium excreverunt, poenæ formidine propensius compescantur, non immeritò usurarii ipsi, sed & Pro-

C 2

cura;

euratores & Proxenetæ eorum duris legum provisio-
19 nibus constringuntur. Imò ut detestabile magis red-
datur hoc crimen, Jure Canon. constitutum est, quod
(1) Proxenicum, quod habuit in hujusmodi contra-
ctibus Proxenetæ pauperibus erogetur, *caus. 14. q. 5. cap. 25.* (2) quod in usurariis contractibus interveniens ad
communione altaris non admittatur, *cap. 3. & 5. de usuris*, imò (3) talis nec Christianam (si in hoc pec-
cato decesserit) accipiat sepulturam, *caus. 14. q. 4. cap. 2.* adeo, ut etiam is, qui tales Christianæ dederit sepultu-
ræ, siquidem Clericus fuerit, donec ad arbitrium Epi-
scopi sui satisfaciat, ab officii sui maneat administrati-
one suspensus, *cap. 3. & 5. de usuris.*

SECTIO III. De Proxenetarum formâ

& fine.

SVMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Forma Proxenetarum du-
plex.*
3. *Proxenetarum officium ge-
nerale.*
4. *Quæ requirantur, ut dolus
in proxeneta presumat*
5. *Quousque teneatur Proxe-
neta de dolo conventus?*
6. *Proxenetarum officium spe-
ciale.*
7. *An proxeneta cogi possit ad
edendos rationum libros?*
8. *Officii proxenetici finis.*

1 **C**VM in præcedentibus jam de causa efficiente, sub-
jecto & objecto proxenetarum pro materiæ & me-
thodi nostræ ratione actum sit, ordo nunc postulat, ut
etiam de FORMA, utpote quæ esse sive essentiam cuiq;
rei dare dicitur *l. 9. §. 3. ff. ad exhibendum.* paucis aga-
2 mus. Illa autem consideranda dupliciter: (1) quæ sit

Pro-

Proxenetarum constituendorum, (2) quæ sit jam con-
stitutorum. Forma constituendorum Proxenetarum
Generalis est vel Specialis. Generalis, & quæ omnibus
Proxenetarum speciebus competit est Proxenetæ
voluntas unius vel plurium contrahentium negotia
gerenda suscipiendi, operamque suam adhibendi: quæ
voluntas etiam inter absentes per Epistolam & nuntium
declarari potest, *arg. l. fin. ff. de sponsal. l. 1. §. ult. ff. de Procu-
rat.* Sed Quæritur: An, si quis negotium aliquod, quod
per Proxenetam expedi solet, inscio Domino utiliter
tamen gesserit, proxeneticum proinde exigere possit?
Negatur; Exemplo scilicet Negotiorum Gestoris, qui
præstita negotiorum gestione nihil recipit, quam sumtus
tantum, si quos bona fide in rem Domini fecerit, quos et-
iam proxenetam repetere posse putamus, ne officium
præstitum ipsi sit damnosum, & alius ejus damno locu-
pletetur. Forma Proxenetarum constituendorum spe-
cialis est in album inscriptio, quæ non omnibus semper
& ubiq; proxenetis communis est, sed his tantum, qui illis
in locis, in quibus vel lege vel consuetudine nemo nisi
imatriculatus hoc defnngi officio admittitur, versantur:
Sicut lege municipali in patriâ suâ nimirum Anconæ
providentissimè hoc cautum esse decantat *Stracha d. rr.
part. 2. n. 9.* Et id idem ex literis Mercatorum Franco-
furtensium confirmat *Just. Meier. Coll. Argent. h. tit. th.
9.* quod non nisi Cives Francofurtenses, & quidem haud
ultra numerum ternarium ad officium hoc ibi admit-
tantur, qui per mercatores Senatus autoritate constituti
alboque inferri juramentum præstare coguntur, se ex fi-
de officium hoc gesturos, nullumque, quem vel faculta-
tibus labi vel jam lapsum esse sciant, laudaturos, aut ido-
neum esse affirmaturos. Per formam autem proxene- 3
C 3 tarum

trum constitutorum eorundem circa commissa negotia intelligimus officium, quod respectu variorum negotiorum varium esse potest. Nos duplex illud constituimus: Generale & Speciale. Generale Proxenetarum officium omnibus promiscuè proxenetis competens consistit in eo, ut negotia sibi commissa dexterè, sincerè, & bonâ fide, quæ careat fraude & omni dolo malo *l. 2. ff. de proxen.* agant atque peragant. Licet enim Proxenetarum, ut loquitur *Baldus 5. cons. 366.* nudum saltem præbeat negotiis ministerium, intrinsecum tamen & substantiale est, ut se gerat ita ut reprehendi non possit. *Vid. Starch. 4. part. 1. d. tr. num. 8. 9. & 10.* Et notandum hic, tantummodò de dolo & calliditate conveniri posse proxenetam *d. l. 2. de proxen. Cujac. supr. alleg. loc.* ut autem dolus in eo præsumatur, iudiciumque de dolo detur, tria requiruntur. (1) ut non solum monstret, sed etiam falso laudet nomen, vel aliquem affirmet falso locupletem, (2) quod sciat, illum quem laudat, non esse solvendo, sed facultatibus jam lapsum vel jamdum labi. (3) quod lucri causa proxeneticum acceperit. *Strab. part. 3. n. 12.* Sed Quæritur: Quomodo & quousque teneatur proxeneta de dolo & fraude conventus? Resp. Non tantum in id, quod proxenetici loco accepit, cum nemo cum damno alterius lucupletari debeat. *l. 206. ff. de R. j. præsertim si dolus ejus interveniat. l. 3. §. 1. ff. de eo, per quem fact. quo min. quis.* Sed etiam in id, quod actoris interest, æque ac principalem ipsum teneri putamus, propter dolum scilicet, qui non impunitus relinqvendus *l. 4. §. 2. ff. de Noxal. action.* ita tamen, ut hic liberetur, si à principali satisfactum. Speciale tandem Proxenetarum constitutorum officium consistit in eo, ut semper pugillares aliquot (qui vulgò vocantur *Recklerbücher* / *Vehner. observ. pract. pag. 404.*) in

404) in promptu habeant, inque eos conventiones, pacta
& quicquid inter mercatores peragi solet, inscribant, nec
quicquam ante biennium vel triennium in illis deleant,
aut expungant; quoniam dissidentibus, aut de con-
ventionibus vel pactis dubitantibus partibus plenaria
libris hisce adhibetur fides, *Colleg. Argent. hoc tit. tb. 20.*
quod ita receptum putamus propter respectum jura-
menti præstiti, cum aliàs libris mercatorum semiple-
na tantum tribuatur probatio, uti pluribus deducit
Magnif. Dn. Carpzov. Proc. Jur. tit. 14. art. 5. n. 50. & seqq.
Quæritur hîc: An Proxenetæ cogi possit, si renuat, ad 7.
exhibendos pugillares & libros contractuum suorum
principalium? Quod Affirm: exemplo Argentario-
rum *l. 4. & seq. ff. de edendo.* in quos etiam, si edere re-
cusant, datur actio in factum ad id, quod interest, ratio-
nes sibi editas esse, *l. 10. §. 3. ff. eod.* cum non tantum æ-
quum sit, ut id, quod mei causa confecit Proxenetæ,
meumque quodammodò instrumentum mihi edatur
l. 4. §. 1. ff. eod. sed juris quoque rationibus congruum
esse declarat Imperator in *l. ult. C. eod. vid. Excell. Dn.*
Schröter in resolut. diffic. Leg. Cod. de Edend. ubi ad singu-
las obstantes leges eleganter satis & nervosè respon-
det. Imò hanc decisionem frequentissimam esse ad-
versus mercatores, ut scilicet compellantur exhibere
Codices rationum, quibus liquere possit de veritate
debiti testatur *Faber in suo Codic. de Edend. defn. 16.* Ab
Argentariis autem & mercatoribus ad Proxenetæ non
ineptè procedet illatio. FINIS hujus officii Proxene- 8.
tici duplex est: I. RATIONE CONTRAHENTIUM, ut cò-
citius ad negotii alicujus perfectionem perveniant, &
cum quibus contrahant, cò facilius reperiant. II. RA-
TIONE PROXENETÆ, & quidem ejus, qui Proxeneticum
accipit

accipit, ut lucrum aliquod ex operulâ & ministerio præstito capiat, ejus verò ratione, qui gratis hoc officio defungitur, est studium adjuvandi homines promovendique negotia.

SECTIO IV. De effectu officii Proxenetici.

SVMMARIA.

1. Effectus officii Proxenetici duplex. alibus Proxenetæ possit esse testis?
2. Effectus Proxenetarum respectu resultantes. 5. Effectus contrahentium respectu resultans.
3. An proxenetæ in negotiis, in quibus intervenerunt, possint esse testes? 6. Proxenetæ potest de excessu conveniri.
4. Num in causis matrimonii- 7. Præjudicium Lipsiense.
8. Quid in capitalibus obtineat?

Officii Proxenetici effectus consideraturis duplex se nobis offert respectus: Proxenetarum scilicet & contrahentium. Effectus Proxenetarum respectu resultantes sunt (1) ut proxenetica jure licito à principibus petere possint proxenetæ, *l. 1. ff. de Proxenet.* Sed quæritur: Quâ actione petantur proxenetica? Extra ordinem ea peti dicit Accursius *ad l. 1. hic*: Peti autem extra ordinem dicitur, quod officio judicis petitur, *l. 1. §. 1. & l. 5. ff. de Separat.* Hinc etiam officio judicis proxeneticum peti scribit Bartol. *in l. 1. ff. hic.* Id quod locum habet, si nihil certi à partibus absque stipulatione & pacto promissum sit. Si verò aliquid promissum, videndum: An stipulatione, an verò pacto promissum: Si stipulatione, iterum refert; an certum, an verò incertum stipulatione promissum: Illo casu
certum

certum illud conditione certi peti poterit *l. 24. ff. de reb. cred.* hoc verò casu actio ex stipulatu comperit *d. l. 24.* Si pacto promissa proxenetica, peti poterunt actione præscriptis verbis, vel si dolus intercesserit, actione doli. Et dantur hæ actiones proxenetæ adversus eos, quorum voluntate & mandato negotia administrarunt, ad consequendum id, quod ab iis promissum est ipsis, vel si nihil certi promissum fuerit, ad eam quantitatem, quam pro negotiorum, quibus operam accommodarunt, ratione Judex dandam existimabit. *l. 3. ff. de proxen. l. 1. §. 10. ff. de extraord. cognit. (2)* Effectus ratione proxenatarum est, quod regulariter propter præstita officia non teneantur, nec obligentur, nisi i. dolo & fraude contrahentes circumvenerint, quia iniquum esset, dolum impunitum relinquere; malignumq; præterea & dolosum consilium consulti potius, quam alteri nocere debet. *Excellentiss. Dn. Schröter in Not. ad Sutholt. Dissert. 15. aph. 64.* Illo enim casu, sive proxeneticum acceperunt, sive non, eos teneri, inque hæredes eorum hanc de dolo actionem, quantum ad istos semel pervenit, licet postea consumptum fuerit dari nulli dubitamus. *Vid. Nobiliss. Dn. Struv. Synt. Jurpr. Exerc. VIII. th. 39. in fine. 2.* Nisi imperitè planè & negligenter in commissis sibi negotiis versati fuerint, (quod tamen de juratis in specie intellectum volumus) quia imperitia non tantum ejus, qui artem aliquam proficetur, culpæ annumeratur *§. 7. Inst. ad L. Aquil. l. 8. pr. ff. eod. l. 6. §. 7. ff. de offic. Præs. Sed & aliorum, qui intelligunt vel intelligere debent, infirmitatem vel imperitiam suam aliis damnosam vel periculosam futuram. l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Imò cum actionum & præstiti juramenti manifesta appareat contradictas,

D

rietas,

rietas, pro perjuris tales habentur, *cap. cum in, 3. in 6to*,
ab officioque removentur, *cap. Clericus 4. dist. 91.* Circa
effectus Proxenetarum ratione resultantes ventilan-
da venit quaestio: An & quatenus proxenetæ in nego-
3. tiis, in quibus intervenerunt, testes esse possint? Pro
decisione hujus quaestionis *Just. Meier in Colleg. Argent.*
§. 17. h. t. distinguit (1) inter illos, qui in negotiis licit-
& qui in illicitis intervenerunt (2) inter juratos
& publicâ autoritate constitutos, & non juratos, sed
spontaneos. Si jurati publicâq; autoritate constituti
in licitis negotiis intercesserint, testimonium illos di-
cere posse, eorumque literis fidem omninò haberi sta-
tuit: Si verò non jurati vel publicâ autoritate consti-
tuti intervenerint, distingui iterum vult, an consenti-
entibus partibus ad testimonii dictionem vocati sint, an
verò dissentientibus: Si utraq; pars in eorū testimoni-
um consentiat, vel invito illos ad ejus perhibitionem
cogi posse; si verò dissentiant partes, videndum porrò,
an ab utrâque parte rejiciantur, an verò ab alterâ tan-
tùm: Priori casu planè non admittendos; posteriori
regulariter propter praesumptionem, eos potius ob
spem lucri perfectioni contractus testimonium editu-
ros, etiam repellendos esse asserit; quâ decisione, ut-
pote tam legibus, quam praclarorum Jctorum, quos
dict. *Autor dict. loc.* allegat, autoritatibus firmatâ lu-
4. bentes acquiescimus. Sed hîc adhuc alia magis con-
troversa quaestio diluenda venit: Num scilicet proxe-
neta esse possit testis in causis matrimonialibus? Du-
biam hanc quaestionem reddidit *cap. ex literis 1. de con-*
sanguin. & affinit. quod in causis matrimonialibus te-
stes omni exceptione majores requirit: Jam verò pro-
xenetæ tales non sunt, cum sordidi sint, vilis & inferi-
oris fortis homines, qui soli inhiant proxenetico, uti
eum

cum *Baldo* loquitur *Stracha d. tract. part. 4. q. 14. n. 5.* Verum his non obstantibus, Affirmativam tamen amplectimur sententiam: Quicquid enim contra proxenatarum personas excipiatur, nihilominus, si veritas aliter haberi non potest, etiam proxeneta, licet minoris sit fidei, ad testimonium dicendum admittitur. Sic licet infames regulariter à testimonio arceantur, necessitate tamen urgente, deficientibus aliis audiuntur illi, idque ne pereat probatio, & ne in perniciem Reipubl. veritas occultetur *Magnif. Dn. Carpzov. part. 1. Const. 16. defn. 73. n. 5. Ntbliß. Dn. Struv. Exerc. XXVIII. th. 21. Perez. in Cod. de Infam. n. 6.* Et hanc sententiam veriore, rationabiliorem & magis communem esse ex *Farinac.* refert *Harppecht. Comment. Inst. de Nuptiis pr. n. 225.* qui hanc quæstionem in utramque partem eleganter ventilavit. Et ita pronunciatum esse in supremo Consistorio testatur *Magnif. Dn. Carpzov. Jurpr. Consist. lib. 3. tit. 3. defn. 43. n. 18.* ibi: Und zwar auf die erste Frage: Ob nemlich Klägers Bruder/Schwager proxeneten und Domesticen in dieser Ehesachen zu Zeugen zulässig? daß bemeldte Zeugen zu förderst / wenn man andrer Gestalt die Wahrheit nicht erlangen kan / gänzlich nicht zu verwerffen / sondern vielmehr zu zulassen. quanta tamen fides illi sit adhibenda, ex circumstantiis & personarum qualitate dijudicandum & iudicis arbitrio relinquendum erit. *Magnif. Dn. Carpzov. loc. d. n. 12.* Effectus contrahentium respectu resultans est, (1) obligatio ad solvenda proxenetica, si quæ fuerint promissa (2) quod conventionibus proxenatarum, ac si ipsi contraxissent, stare cogantur. Non tamen principalis facti proxenetae ita implicatur, ut nullam prorsus damni, si quod passus est, restitutionem promittere sibi queat, sed permissum ei videtur, pro-

xenetam de excessu convenire. Finge: Cajum mandasse Titio proxenetæ, ut quinquaginta florenos à Sempronio in sui usum mutuò accipiat, proxenetam verò Titium sumsisse centum, quæritur; an Cajus teneatur Sempronio ad integræ summæ restitutionem? Quod Affirm: ita tamen, ut ipsi liceat Titium de majore summâ convenire. Nam licet quidem mandataris fines mandati excedens nullum damnum aut præjudicium principali inferre possit, *l. 36. §. 2. ff. Mandati*, interque Cajum & Sempronium respectu majoris summæ nullum negotium sit gestum, nec ulla proinde actio competere possit Sempronio adversus Cajum, tamen cum ex usu commerciorum & more inter mercatores recepto id juris sit introductum, ut per proxenetam inter personas etiam incertas negotium & conventio geratur & contrahatur, hinc procul dubio Cajus Sempronio obligabitur ex facto & proxenetæ negotio: quo etiam collimat *Ulpianus in l. 2. ff. de Proxenet.* dicens: quod proxeneta quasi mandator non teneatur: Si igitur proxeneta non teneatur, principalis omninò obligabitur, quia aliàs iniquissimum esset, ut is, qui à proxenetâ inductus alteri mutuò dedisset pecuniam absq; omni restitutionis remedio relinqueretur. Rationi ergò & legibus convenit, ut is, qui dedit, in solidum sit obligatus, de excessu verò mandati proxenetam conveniat, & ita Lipsienses pronuntiâsse testatur *Magnif. Dn. Carpzov. part. 2. decis. 130. n. 23.* ibi: *So ist Titius der Cornelia die 90 flr. völig zu bezalen schuldig: Es ist ihme aber der übrigen 50 flr. halber an Semproniam sich wieder zu erholen unbes*
7. *nommen.* Sed quid in criminalibus circa proxenetam & principalem sive mandantem juris sit, jam videamus. Finge. Titius mandavit Mevio Proxenetæ, ut Sempronio vulnus aliquod non lethale infligat, Mevius

vius verò Sempronium occidit, quaritur: Titiusne
 an Mevius, an verò ambo teneantur ordinariâ poenâ
 Legis Corneliæ? Nos tam Titium quàm Mevium te-
 neri statuimus. Et de Mevio proxenetâ, licet vulne-
 randi tantùm animo Sempronium occiderit, quin or-
 dinariâ homicidii poenâ plectendus sit, vix quisquam,
 ut puto, illud negabit, quia sufficit, ad fuisse animum
 malitiosum ad id, ex quo proximè mors secuta fuit,
 vid. latè *Magnif. Dn. Carpzov. pract. crim. part. 1. q. 1.
 n. 28. & 29.* De Titio autem magis controversum est,
 an teneatur, sed nos idem etiam de eo, statuere nulli
 dubitamus, moti præsertim (1) *per l. 15. ff. ad Leg. Cor-
 nel. de Sicar.* Nihil interest, occidat quis aut mortis
 causam præbeat: Mortis autem causam præbet, qui
 vulnerari mandavit, cùm scire debuisset mandans,
 vulnera non infligi ad mensuram (2) per rationem
l. 38. §. 5. ff. de pœnis, qui abortionis poculum mulieri
 propinat, etsi dolo non faciat, tamen summo supplicio
 afficitur, si eo homo aut mulier perierit; vid. *Magnif.
 Dn. Carpzov. pract. crim. part. 1. q. 4. n. 29. & seqq. Wesenb.
 π. ad L. Corn. de Sicar. n. 13. Nobiliss. Dn. Wissenbach. præce-
 ptor meus summâ observantiâ de venerandis Disput. ad ff. 35.
 th. 18. Treutler. vol. 1. disp. 27. tb. 3. lit. G. Perez. in Cod. Man-
 dati n. 7. Dissentit idem Perez. ad L. Corn. de Sicar. n. 20.
 Dn. Köppen p. m. Observ. pract. obs. 60. n. 1. & seqq.*

SECTIO V.

Quando & quomodo hoc of- ficiū finiatur.

SUMMARIA.

1. Officiū Proxenetici finiendi *secundus.*
modus primus.
2. Ejusdem finiendi modus
3. *Modus tertius.*
4. *Modus quartus & ultimus.*

D 3

Quem.

F **Q**uemadmodum uniuscujusque rei constituendæ sunt certæ causæ, modique certi, ita etiam illius dissolvendæ atque finiendæ dantur rationes & modi certi. Inter causas igitur, per quas officium proxeneticarum finitur, occurrit (I) **CONTRARIUS CONSENSUS**, & **QVIDEM VEL IPSORUM CONTRAHENTIUM**; qui in specie dicitur revocatio, *Bachov. in Not. ad Wesenbec. tit. Mandat. num. 11. lit. a. Nobiliss. Dn. Struv. Syntag. Jurpr. Exerc. XXII. th. 17.* Sicut enim consensu partium constituuntur, ita etiam eodem consensu rejici possunt proxenetæ §. *ult. Inst. quib. mod. tollit. oblig.* cum nihil tam naturale sit, quam eo genere quid dissolvi, quo colligatum est, *l. 35. ff. de R. J.* id, quod in omnibus contractibus & negotiis quotidie observari videmus: Hinc verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur, *d. l.* vel deinde **IPSIUS PROXENETÆ**, quæ in specie dicitur renuntiatio, *l. 22. §. ult. ff. Mandat.* sed tunc necesse est, ut renuntiatio fiat in tempore, *l. 27. §. 2. ff. eod. Dn. Köppen, observ. pract. lib. 2. observ. 58. num. 14.* Intempestivè autem renuntiat, qui re non integra, sed eo tempore renuntiat, quo vel ipse, vel per se vel per alium rem æquè commodè quis explicare non potest, *Gothofred. in Not. ad d. l. 27. ff. Mandati*, quæ autem sint justæ renuntiationis causæ, patet *ex l. 23. 24. & 25. ff. eod. tit.*

2. (II) Inter modos finiendi officii proxenetici occurrit **MORS (I) PROXENETÆ**: Eo quippe mortuo, negotium, quod huic commissum erat, non possunt gerere dum suscipere ejus heredes, cum hoc officium sit personale, & propterea ad heredes minimè transire queat: Deinde etiam, qui proxenetam quærit, talem elegit, cujus fidem, industriam & circa negotia gerenda prudentiam perspectam habet atque probatam: Jam autem is, qui certi hominis fidem eligit, ob errorem seu imperitiam heredum


affici

affici damno nequaquam debet. *l. 57. ff. Mandat. (2) CON-*
TRAHENTIUM l. 26. in pr. ff. eod. l. 6. ff. de Jdicit. quodcun-
que enim voluntate, id etiam plerumque mortere voca-
tur quoniam hanc voluntas finitur, *Vvesenbec. w. ff. de pro-*
curat. n. 11. Non obstat. l. ult. ff. de solution. Ei, qui manda-
to meo post mortem meam stipulatus est, recte solvi ur.
Resp. enim (1) Quædam mandata ita comparata esse,
ut post mortem demum fieri debeant, quo casu mors
mandantis non tam liberat mandatarium, quam potius
adstringit, *l. 12. §. fin. l. 13. ff. Mandati (2) Non tam jure*
mandati, quam jure stipulationis recte hic solvitur. Fin-
ge: Titium Mandasse Mevio, ut à Sempronio centum
stipuletur dari post mortem suam; Sempronius post
mortem Titii recte solvit, non tam vi mandati, quam vi
stipulationis interpositæ. Quod si verò proxeneta mor-
tem principalis sui ignorans, commissum negotium ges-
serit, nihilominus ex æquo & bono actionem habet:
Licet enim mandatum morte mandatoris finiatur, non
tamen mandati vel negotiorum gestorum actio, *l. 58. in*
pr. ff. Mandati. Sin autem principalis sui mortem non
ignoraret quidem proxeneta, commissa tamen sibi nego-
tia exequenda putaret, hunc ipsi errorem non nocere
putamus, cum juris error, ubi de damno evitando agi-
tur, non noceat, *l. 8. ff. de jur. & fact. ignor.* De hanc justâ
ignorantiâ, quam excusabilem vocat, *Vid. Grotius de Jur.*
Bell. & Pars lib. 3 cap. 11. n. 4. Quæ omnia tamen ita limi-
tanda putamus, nisi scilicet negotia, quæ adhuc gerenda
superfunt, ita cum prioribus cohæreant, ut dividi nulla-
tenus possint, eo enim casu proxenetarum heredes illa
non tantum posse, sed debere exequi statuimus *arg. l. 37.*
§. 1. ff. de admin. tut. vel curat. l. 29. ff. de Minor. (III) Offi-
cium proxenetarum finitur NEGOTIO ad quod ferendum,
constituti fuerunt, FINITO ATQUE PERFECTO; id
quod

1750
quod in operarum etiam conductore videmus, quem o-
peris, quas conduxerat, peractis contractum implevisse,
negotioque sic finem imposuisse constat. Sed quaeritur
hic: Num proxeneta ante negotium finitum mortuo
haeredibus ejus integrum sit praestandum proxeneticum?
Quod Neg. Nam quicquid mercedis nomine proxene-
tae datur, id remuneratio quaedam est laboris, cessante
igitur per interventum mortis labore, merito etiam non
plusquam pro rata operarum praestitarum proxenetici
nomine solvi debet, *arg. l. 15. §. 6. ff. Locati*, Et huc collimat
clara Juris Saxonici Sanctio Land Recht *lib. 1. art. 22. ibi:*
Stirbet auch der gemietete Mann / ehe er seinen voll-
förmlichen Lohn verdienet / welcher ihm verheissen war /
man ist seinen Erben nicht mehr pflichtig zu geben dan
er verdienet. Denique Proxenatarum officium finitur,
4. quando ob imperitiam & negligentiam remouentur ab
officio. Sed sige: Titium mandasse Mevio Proxene-
tae, ut emeret domum Sempronii; postea vero Titium,
expertum, se negligenti plane & imperito hanc domum
emtionem commisisse, Mevioque proxenetae scripsisse,
ne domum emeret; Mevium vero proxenetae, ante-
quam resciscat Titium emtionem domus vetuisse, illam
emisse, quaeritur: An Titius Mevio proxenetae obliga-
tus sit Mandati? Quod Affirm. quia (1) Mevius proxen-
nullius hoc casu potest insigniri doli aut fraudis, sine qua
si versatus fuerit in negotiis proxeneta, officio tunc suo
satisfecisse ex superioribus patet, (2) quia aliàs da-
mno afficeretur proxeneta, quod est contra
l. 15. ff. Mandati. Tantum.

DEO TER OPTIMO MAXIMO
LAUS ET GLORIA.






Jena, Diss., 1662

A-Stg

ULB Halle

3


004 814 398



VD 17







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

VRIDICA

X E-

I S,

imo Maximo

TE

VM ORDINIS

C SALANA

TE

risimo atque Excellentissimo

FRIDERICO

Wifferstett/ Prof. Pandecta-
Saxonico eminentissimo,
& Facultatis Juridicæ
mo, &c.

ebito cultu & obsequio
erando,

disquisitioni

CLÆPIVS,

AVTOR,

ore solito,

ugusti.

Bauhöfferi, Anno 1662.

#258
1662
117
17

27

